 est exposita et proposita interiori oculo illus-  
 tratio summae lucis quo ad usque et ad quem finem  
 propter se ex tali expositione sine aliqua gratia su-  
 perveniente pervenire valeret; quae illustratio  
 non fuit de substantia rationis, nec de eius na-  
 tura, sed de dono eius gratuito. Tamen potest di-  
 ci quod naturaliter videt; quia cum natura data  
 est aptitudo et idoneitas videndi exposita illa  
 luce: de qua sermo praecessit. Itaque sine omni-  
 moda gratia nil potest videre oculus mentis: po-  
 test tamen bene sine gratia superveniente alia  
 ab illa quae collata est cum natura, quae super-  
 veniens gratia maxima solet dici gratia (325).

D'autre part, il y a chez Hugues une thématique de  
 la Trinité qui annonce de loin l'audacieuse théorie lullienne des dig-  
 nités divines dans leurs rapports de mélange:

Ita ergo ab initio proditus est  
 Deus conscientiae humanae et adjuta fides iudi-

---

(325) Quaest. in ep. Pauli. In ep. ad Rom., q. 42; PL 175,  
 441 D - 442 A.

ciis veritatis confessa est Deum esse et ipsum unum. Deinde etiam trinum esse. Et in unitate quidem confessa est aeternitatem et immensitatem, in aeternitate autem incommutabilitatem; in immensitate autem simplicitatem, hoc est, aeternitatem sine tempore et immensitatem sine quantitate. In Trinitate vero confessa est communione unitatis, aequalitatem immensitatis, coaeuitatem aeternitatis. Et communionem quidem unitatis sine divisione; aequalitatem immensitatis sine diminutione; coaeuitatem aeternitatis sine ordine vel successione. Hoc est singulis in unitate totum, in immensitate plenum, in aeternitate perfectum (326).

Qu'on ne nous fasse pas dire que nous voyons dans ce texte un annonce de l'Ars lullienne; nous disons simplement qu'un esprit plus ou moins familiarisé avec le lullisme pouvait y décéler un mode de pensée qui ne lui était pas étranger.

d) Les dons de Dieu à l'homme

Un des ouvrages d'Hugues que Sibiuda a utilisé plus consciemment est le Soliloquium de arrha animae. Cet ouvrage a connu une certaine vogue dans les milieux cultivés d'Aragon, car entre 1416 et 1419 elle a été traduite au catalan par le dominicain Antoni Canals (327). Canals s'en était servi lui-même dans son oeuvre Scala de contemplacio, qui en contient plus d'un extrait. Ce détail n'est peut-être qu'une co-

---

(326) De Sacramentis, lib. I, III, c. IV; PL. 176, 118 B - C.

(327) RIQUER, MARTI DE, Història de la Literatura Catalana, vol. II, p. 457.

incidence hasardeuse, mais il garde son intérêt pour l'étude des rapports entre Sibiuda et le premier humanisme catalan, étude qui démasse le cadre de ce travail, et que nous pensons reprendre un jour. Nous allons voir maintenant que maître Ramon s'est inspiré à plusieurs reprises du Soliloquium d'Hugues, en lui empruntant des idées et des textes qu'il a combiné, en les mélangeant, avec des textes d'autres ouvrages d'Hugues. C'est pourquoi nous avons suggéré que la méthode de travail sebondienne, en ce qui concerne ses sources, nous donne le sentiment qu'il avait constitué une sorte de "fichier", du moins d'ordre mental. Nous pensons que la suite va confirmer notre hypothèse.

Il y a dans le Soliloquium de arrha animae une division des dons fati par Dieu à l'homme que Sibiuda a repris. Hugues, en effet, distingue les dons communs, les dons spéciaux, les dons singuliers:

Discerne quae dona a sponso tuo accepisti: alia enim communiter, alia specialiter, alia singulariter data sunt. Communia data sunt quae omnibus propter te tecum serviunt. Specialiter data sunt quae multis nec tamen omnibus propter tecum sunt concessa. Singulariter data sunt quae tibi soli data sunt (328).

Cette idée n'est pas du tout étrangère à Sibiuda, quoique il l'ait transformée, en gardant toutefois la terminologie. En effet, nous trouvons ces trois sortes de dons faits par Dieu à l'homme dans deux titres du Liber Creaturarum. D'abord, dans le titre 9<sup>e</sup>, Sibiuda fait état de ce que l'homme a en commun avec les créatures et de ce qui l'en distingue:

Prima est differentia et primus modus differendi fuit generalis et communis et fuit

---

(328) Soliloquium de arrha animae, Pl. 176, 956 D - 957 A.

per habere, et ille modus conuenit omnibus rebus et omnibus gradibus, quia quilibet gradus differt ab alio quia habet aliquam dignitatem supra alium et infra eundem gradum; similiter una res differt ab alia quia habet aliquam naturam, aliam perfectionem quam non habet alia, et talis modus differendi conuenit non solum homini ymo omnibus. Sicut enim homo habet dignitatem super alias res, dicimus quod una res habet maiorem dignitatem in natura quam alia et ideo differt ab illa, ut animalia quam arbores et arbores quam lapides et aurum quam argentum et ignis quam aqua et sol quam luna et rosa quam urtica. Sed est unus alius modus differendi specialis, qui solum conuenit homini et per quem modum specialiter et singulariter differt homo ab omnibus, et ille modus non est per habere sed per cognoscere se habere. Omnes enim res inferiores homini habent suas dignitates, suas naturas, suas perfectiones et suas proprietates et suos decores et acceperunt a suo conditore, et una res habet plus quam alia et est nobilior quam alia. Sed tamen quamuis habeant non cognoscunt se habere nec possunt cognoscere se habere, nec habent cum quo hoc possint facere, nec acceperunt hoc a conditore... Accepit ergo homo non solum plus quam alie res, non solum maiorem dignitatem quam alie res, non solum maiorem dignitatem sed etiam quo cognosceret se habere et accepisse plus et maiorem dignitatem quam alie creature et in quo gradu sunt et quantum ualet illud quod acceperunt. Et cognoscit homo quod alie creature non habent nec acceperunt hanc excellenciam, quod possint cognoscere se accepisse et habere hoc quod habent. Et cognoscit quod ipse solus habet et accepit hoc (329).

Deuxièmement, dans le titre 194, Sibiuda parle de ce que Dieu opère dans chaque individu en particulier:

---

(329) Ms. Arsenal, fol. 46 v°, ligne 30 - fol. 47 r°, ligne 26.

... aliquando uidet et sentit  
(homo) per experienciam opera que Deus operatur circa se ipsum singulariter (330).

En fait, ce n'est pas la même chose que visent Huques et Sibiuda. Celui-là explique, dans le Soliloquium, ce qu'il entend par dons communs, dons spéciaux et dons singuliers:

Communia quidem sunt ea quae in usum universorum veniunt, sicut est lux solis; spiramen aeris. Specialia vero, ut ea quae non omnibus, sed quasi cuidam societati sunt concessa, sicut est fides, sapientia, disciplina. Singularia autem, ut ea quae unicuique propria impertita sunt, sicut Petro principatus in apostolis, Paulo apostolatus in gentibus, Joanni privilegium amoris. Considera ergo, anima mea, quae communia cum omnibus, quae specialia cum aliquibus, quae singularia acceperis sola (331).

La division de Sibiuda n'est pas identique, puisqu'il parle des différences communes et spéciales entre l'homme et le reste des créatures. La terminologie est cependant la même, ainsi que la troisième division, les dons accordés aux individus particuliers. Ne prétendant pas une filiation rigoureuse, nous croyons qu'il est juste de remarquer ce parallélisme entre les deux auteurs, comme nous l'avons fait pour d'autres textes d'une parenté plus évidente.

---

(330) Ib., fol. 111 r°, lignes 10-11.

(331) Soliloquium, PL 176, 959 C - D.

d) Toutes choses sont au service de l'homme

Le titre 97, dans lequel Sibiuda développe l'idée que toutes choses ont été créées pour le service de l'homme, a été bâti sur deux textes d'Hugues: l'un, provenant du Soliloquium de arha animae, l'autre, appartenant au De Archa Noe morali.

Sibiuda:

Uide igitur homo istum uniuersum mundum et considera si sit in eo aliquid quod tibi non seruiat; omnis enim creatura ad hoc laborat ut obsequiis tuis famuletur et tue utilitati desseruiat, tuis quoque necessitatibus et delectamentis secundum affluentiam inefficentem succurrit. Hoc celum hoc terra hoc aer hoc mare cum omnibus que in eis sunt complere non cessant, hoc eciam terremotus temporum per quatuor tempora anni innouando et renouando omnia quolibet anno continue ministrat. Cogita ergo homo quis hoc instituit, quis illud precepit nature ut sit unanimiter tibi desseruiat; beneficium sentis et negare non potes. Quere ergo datorem tanti beneficii, quoniam hoc non est tuum debitum sed beneficium alienum... multum ergo tibi dedit qui hoc totum et tantum tibi dedit, multum ergo illi obligaris et teneris, multum illi debes qui tantum dare uoluit. Unde omnis creatura clamat tibi: Accipe, redde. Accipe seruicium, accipe beneficium, redde debitum. Celum dicit: ministro tibi lucem in die ut uigiles, tenebras in nocte ut penses. Ego ad tuam delectacionem facio gratas renouaciones et mutaciones temporum, scilicet temperamentum ueris, feruorem estatis, plenitudinem autumni et frigus yemis. Ego uario dies et noctes nunc breues nunc longas, ut uarietas tollat fastidium et ordo faciat delectamentum. Aer dicit: prebeo tibi flatum uitalem et micto ad tuum obsequium omne genus auium. Aqua dicit: potum tibi prebeo, sordes tuas ouργο; rigo sicca et arenia et ad tuum cibum ministro genera diuersorum piscium. Terra dicit: ego te porto, ego te nutrio, pane conforto, uino letifico, omnium generum fructibus oblector, diuersis animalibus mensas tuas repleo. Mundus totus dicit: Uide homo quomodo amauit te qui propter



te fecit me, quia factus sum propter te, ut et tu seruias illi qui fecit me et te; me propter te et te propter se. Si sentis beneficium, redde debitum (332).

Hugues:

Respice universum mundum istum et considera si aliquid in eo sit quod tibi non seruiat. Omnis natura ad hunc finem cursum suum dirigit ut obsequiis tuis famuletur et utilitati desseruiat tuisque oblectamentis pariter et necessitatibus secundum affluentiam inefficentem occurat. Hoc coelum, hoc terra, hoc aer, hoc maria cum iis quae in eis sunt universis explere non cessant; in hoc circuitus temporum annuis innovationibus et redivivis partibus antiqua innovans, dilapsa reformans, consumpta restaurans, pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hoc instituit? Quid istud naturae praecepit ut sic uno consensu tibi seruiat? Beneficium accipis et auctorem eius non agnoscis. Donum in manifesto est, largitor occultus. Et tamen iosa te ratio dubitare non sinit hoc tuum non esse debitum, sed beneficium alienum... Quicumque ergo ille est, multum tibi contulit qui hoc totum et tantum tibi dedit, multum diligendus est qui tantum dare potuit et qui tantum dare voluit, multum dilexit (333).

Prima vox dicit: accipe, secunda dicit: redde, tertia dicit: fuge. Accipe beneficium, redde debitum, fuge supplicium. Prima vox est famulantis, secunda admonentis, tertia cominantis. Vox famulantis est. Coelum dicit: Ministro tibi lucem in die ut vigiles, tenebras in nocte ut pauses. Ego ad oblectationem tuam gratas temporum vicissitudines pario, tempore veris et aestatis fervorem, autumnus plenitudinem et algorem hiemis. Ego alternantibus incrementis dierum et noctium spatia similiter dissimiliter extendo, ut et varietas tollat

---

(332) Ms. Arsenal 747, fol. 49 r°, ligne 39-fol. 49 v°, ligne 3°.

(333) Soliloquium, PL 176, 955 A - C.

fastidium et ratio pariat oblectamentum. Aer dicit: Vitalem tibi praebeo flatum et omne genus avium ad tuum mitto obsequium. Aqua dicit: notum tibi praebeo, sordes purgo, arenia vegeto, et diversorum genera piscium ad tuum esum ministro. Terra dicit: ego te porto, te nutrio, pane conforto, vino laetifico, omnigenis fructibus oblecto, diversis animalibus mensas tuas repleo. Vox admonentis est. Mundus dicit: Vide homo quomodo amavit te qui propter te fecit me. Servio tibi, quia factus sum propter te, ut et tu servias illi qui fecit et me et te. Si sentis beneficium, redde debitum. Accipis benignitatem, redde charitatem... (334).

C'est cette façon de combiner des textes appartenant à des oeuvres distinctes qui nous fait penser que Sibiuda, en préparant le Liber Creaturarum, s'est muni des références qui devaient passer dans le corps de l'ouvrage.

e) Evaluation de l'homme. Le libre arbitre

Un autre exemple de cette forme de travail nous est donné sous la forme de texte abrégé. Le titre 103, consacré à évaluer l'homme, n'est qu'un abrégé d'un texte plus long du Soliloquium de archa animae:

Primum coqita, anima mea, quod aliquando non fueris et ut esse inciperes, hoc eius dono acceperis. Donum ergo eius erat ut fieres. Sed numquid tu ei aliquid dederas priusquam fieres, sed gratis accepisti ab eo ut fieres? Cui ergo praelata es in eo quod facta es? Et tamen nisi hoc esset aliquid accipere, non poterat qui non

---

(334) De Archa Noe morali, lib. II, c. IV; Pl 176, 638 A-B.

erat incipere et nisi esse quam non esse melius esset, nihil ille qui est eo qui non est amplius accepisset... Nunc autem amplius dedit, quia dedit non solum esse, sed pulchrum esse, formosum esse, quod quantum superat nihil per existentiam, tantum antecedit aliquid per formam in quo multum placet id quod est, et amplius id quod tale est. In quo, anima mea, omnibus te praelatam aspice, quos tale et tam excellens modum existendi bonum vides non accepisse. Sed nec hic terminari poterit munificentia largitoris optimi. Adhuc aliquid plus dedit et magis nos ad similitudinem suam traxit; voluit ad se trahere per similitudinem quos ad se trahebat per dilectionem. Dedit ergo nobis esse et pulchrum esse, dedit et vivere, ut prae-cellamus et iis quae non sunt per essentiam, et iis quae inordinata aut incomposita sunt per formam, et quae inanimata per vitam. Magno debito obligata es, anima mea, multum accepisti et nihil a te habuisti. Et pro hiis omnibus non habes quid retribuas nisi tantum ut diligas. Nam quod per dilectionem datum est, nec melius, nec decentius quam per dilectionem rependi potest. Accepisti autem hoc totum per dilectionem. Poterat enim Deus etiam aliis creaturis suis dedisse vitam, sed amplius in hoc dono dilexit te. Nec ideo plus dilexit te, quoniam plus diligendum invenit in te, sed quia gratuito plus dilexit te, talem te fecit ut iam nunc merito plus diligat te... ..  
Post esse et post pulchrum esse, post vivere, datum est et sentire, datum est et discernere et per eandem dilectionem datum est quae nisi praecessisset, nihil a largiente datum, nihil ab indigente acceptum fuisset. Quam sublimis et quam decora facta es, anima mea! Quid sibi iste ornatus tantus ac talis voluit, nisi quia idem ipse, qui te induit, sponsam suo thalamo praeparavit... (335).

Sibiuda:

... ponderet ergo se ipsum homo primo secundum suum esse, quae est prima pars. Unde debet cogitare homo quod aliquando nichil erat et non fuerat; accipit ergo primo esse hoc ut esse inciperet cum non esset, et aliquid fieret cum nichil ante foret; magnum ergo bonum accipit qui nichil erat

et nichil habebat. Et quamuis alie creature acceperunt scilicet esse cum non essent, et facte sunt cum nichil fuerint ante, et eis deus dederit esse post nichil, attamen datum est eis esse cum non essent propter esse hominis. Et ideo preciosius est esse hominis quam esse omnium aliarum creaturarum; unde esse omnium rerum respicit ad esse hominis et ad iusum tendit tamquam ad principalius et maius et preciosius esse propter quod est omne esse creaturarum. Ecce igitur quantum ponderat esse insius hominis quod accepit, quantum ualet et quanti precii est. Multum ergo obligatur homo Deo pro esse quod accepit et quamuis nichil plus accepisset; plus enim ualet esse hominis quam esse omnium creaturarum. Item non solum accepit esse ymo amplius accepit pulchrum et formosum esse et artificiosum; hoc enim est maius quam esse tantum et aliquid tantum; plura enim sunt que habent esse, sed non habent pulchrum esse nec formosum sicut homo habet, et si aliquibus sit datum pulchrum esse, nec formosum esse, attamen esse hominis est pulchrius quam esse omnium aliarum creaturarum, et eciam si habent pulchrum esse, habent propter hominem; quare multum tenetur homo deo, propterea quia dedit ei tam pulchrum esse et formosum, tanta artificiositate fabricatum. Item secundo homo debet cogitare et ponderare se ipsum per suum uiuere. Unde non solum datum est homini et pulchrum esse, sed plus uoluit deus dare et eleuare hominem et in alciiori gradum ipsum exaltare; unde datum est ei uiuere et uita. Unde maius bonum sine comparacione est uiuere quam esse tantum et maius est accipere uiuere et uitam de non uiuere quam esse de non esse... Ulterius et tercio post esse et post uiuere datum est homini et sentire, ut homo alcius eluaretur ad gaudium nobiliorem, et licet aliis creaturis datum sit sentire, attamen propter hominem datum est eis; omnia enim senciunt et sensum habent propter hominem. Item eciam nobilius est sentire hominis quam omnium aliorum; et non solum datum est homini sentire uno modo, ymo multis modis, quia datum est homini audire, uidere, odorare, saporare et tangere. O quanta eleuatio est ista, o quantus ornatus est iste. O quantum accepit homo, et ante nichil habuit. O quanti ponderis est in natura istud sentire et quante nobilitatis. Unde quantum eleuatur homo per suum sentire supra terram,

supra aquam, supra lapides, supra arbores, in quibus non est sentire. Ecce ergo quantum obligatur homo, pro tanto dono (336).

Dans ce même titre, Sibiuda a encore incorporé une idée que Hugues avait exprimée dans le De Vanitate mundi, sur la liberté humaine comme place propre de Dieu dans l'homme:

... Deinde in supremo et tertio loco Deum constituis, ut arcam cordis humani deorsum huic fluctuanti salo insidentem et quasi gubernator dirigat et quasi anchora teneat et quasi portus excipiat. Video itaque haec tria, imo quasi diluvium quoddam, mundum istum; in medio quasi arcam quamdam, cor humanum; in supremo, quasi gubernatorem, Deum. Porro arca haec non solum novitate, sed magnitudine quoque ad stuporem excitat, quam tantae immensitatis esse conspicio, ut et deorsum fundus eius aquis huius diluvii insideat, et cacumen eius sursum usque ad Deum pertingat (337).

Sibiuda:

... ecce liberum arbitrium est sedes Dei, portat Deum et est equus Dei in quo Deus portatur et equitat. Uide igitur qualiter liberum arbitrium immediate et sine medio coniungitur cum creatore summo, tangit ipsum sine medio et portat et non potest magis appropinquari ei (338).

---

(336) Ms. Arsenal 747, fol. 53 v°, ligne 29 - fol. 54 r°, ligne 35.

(337) De Vanitate mundi, PL 176, 714 A - C.

(338) Ms. Arsenal 747, fol. 55 r°, lignes 12-16.

Ainsi, il ressort clairement de ces textes que l'humanisme sebondien plonge ses racines dans la tradition augustinienne du Moyen Age, non sans lui donner une nouvelle forme d'expression par la voie de la réduction anthropologique: tout doit être établi et prouvé à travers l'étude de l'homme, homo in quantum homo est.

f) Immortalité de l'âme

Le titre 217 est consacré à prouver l'immortalité de l'âme, et résume toutes les preuves que Sibiuda en avait donné dans d'autres endroits du Liber Creaturarum. La dernière de ces preuves, ultimum fundamentum, est référée à la création de l'âme, et argumente par le fait que celle-ci ne se souvient pas d'avoir toujours été. Cet argument est présenté en des termes qui rappellent certains textes d'Hugues, où celui-ci expose la même idée (339). Sibiuda abrège, mais l'identité des points de vue et d'expression n'en est que plus frappante:

---

(339) Cfr Eruditio Didascalica, lib. VII, cap. XVII; PL 176, 825 B: "Initium tamen se habere (anima) in hoc cognoscit quod cum se intelligit esse, semper se non fuisse meminerit, cum tamen nescius intellectus esse non possit. Si ergo intellectus esse non potest nisi intelligens, restat ut quem non semper intellexisse agnoscimus, non semper fuisse, ac per hoc aliquando coepisse credamus"; Summa Sententiarum I, cap. III; PL 176, 45 D-46 A: "Humana etiam ratione (antiqui) poterant Deum scire; quia cum humana mens se non possit ignorare, scit se aliquando coepisse, nec hoc ignorare potest; quoniam cum non semper fuit sibi, ut esset subsistentiam dare non potuit, ut ergo esset, hoc ab alio se coepisse cognoscit. Quem idcirco

Et sic comparando hominem ad Deum et comparando creaturas alias ad hominem et comparando operationes hominis inter se, probatur immortalitas anime rationalis. Et sic anima hominis non habet finem post se. Sed quod anima sit creata et habeat principium ante se, insimul experitur in seipsa; quia anima non meminit se semper fuisse et tamen si semper fuisset recordaretur. Quare sequitur quod non fuit semper et sic habet principium ante se, sed non habet finem. Et per consequens creata est de nichilo a Deo (340).

g) La chute des anges et le péché de l'homme

Un autre groupe de textes où l'influence d'Huques sur Sibiuda semble très claire se rapporte aux questions de la chute des anges, l'envie du diable à l'égard d'Adam et le péché originel de l'homme. D'abord, la description que font les deux auteurs de la situation dans laquelle se trouvent les anges après leur chute manifeste encore une fois la dépendance de Sibiuda par rapport à Huques. Celui-ci, parlant de la chute de Lucifer, dit:

---

non coepisse constat: quia si ab alio coepisset, primus omnibus existendi auctor esse non potest"; De Sacramentis I, cap. VIII; PL 176, 219  
 B : "Cum ergo de se dubitare non possit quoniam est, quia se ignorare non potest, cogitur ex se et hoc credere quod aliquando se coepisse meminisset; quoniam non semper est, quia se nescire non potest cum est. Cum ergo per se et in se coepisset et initium habuisset videat, nec hoc ignorare potest. Quoniam cum non fuit, sibi ipsi ut esset initium et subsistentiam dare omnino non potuit".

(340) Ms. Arsenal 747, fol. 133 v°, lignes 18-26.

Et quia in creatorem suum in tantum superbivit, deiectus est in istud caliginosum aerem cum omnibus illis qui ei consenserunt; et hoc ad nostri probationem, ut sint nobis admiculum excitationis. Non est eis concessum habitare in coelo, quae est clara patria, nec in terra, ne homines nimis infestarent; sed in aere caliginoso qui est carcer eis usque in diem iudicii; tunc enim detrudentur in barathrum inferni (341).

Sibiuda, à son tour, garde la même image:

Et quia locus in quo sunt carceres et locus in quo fit executio iusticie et punitionis non sunt idem, ideo nunc ipse primus angelus cum suis angelis habitant in isto aere caliginoso tamquam in carceribus, in quo nunc puniuntur nec penam paciuntur per iusticiam eis inflictam, nisi quia sunt in carceribus. Sed alius locus est sibi preparatus in quo fiat executio iusticie definitiva (342).

Le thème de l'ange déchu à l'égard de l'homme créé dans l'état de justice originelle porte aussi la marque des expressions d'Hugues de Saint-Victor:

... vidit diabolus et invidit quod illuc per oboedientiam ascenderet unde ipse per superbiam corruisset (343).

Sibiuda:

---

(341) Summa Sententiarum, II, cap. I ; PL 176, 84 B.

(342) Ms. Arsenal 747, fol. 16<sup>o</sup> r<sup>o</sup>, lignes 10-16.

(343) De Sacramentis, I, VII, cap. I ; PL 176, 287 B.



... ideo quia uidit hominem esse creatum prout regnum Dei ut ascenderet ad locum quem ipse perdiderat, statim habuit inuidiam contra hominem, et uoluit turbare toto cogamine ne homo ascenderet ad locum unde ipse descenderat (344).

Un autre sujet dans lequel les textes de Ramon se rapprochent des textes d'Hugues est l'idée que la rébellion de la puissance sexuelle chez l'homme déchu est le signe que le péché originel a été une désobéissance:

Ut igitur inoboedientia manifesta fieret, unum in corpore humano membrum potestati animae subtraxit, per quod posteritas in carne seminanda fuit, ut omnes qui per illud generentur se filios inoboedientiae esse intelligant et ex sua origine quales et ex qualibus generentur agnoscant. Quia ergo in hoc membro per quod humana propagatio transire debuit signum inoboedientiae positum est, cunctis per illud transeuntibus manifeste ostenditur quod cum culpa inoboedientiae generantur. Quasi enim in ipso titulo qui portae inscriptus est et per quam transeunt agnoscunt unde veniunt et quo vadunt. Propter hoc ergo caetera membra corporis quae imperium rationis sequuntur sine culpa operari possunt; hoc vero membrum in quo concupiscentia praecipue regnat, quia nutum voluntatis non sequitur, sine culpa non operatur. In tantum enim hoc membrum corporis animae imperium non sequitur, ut sicut aliquando non movetur quando vult, sic saepe etiam quando non vult movetur (345).

Sibiuda reproduit l'idée et même certaines expressions d'Hugues:

(344) Ms. Arsenal 747, fol. 162 v°, lignes 29-33.

(345) De Sacramentis I, VIII, cap. 13; PL 176, 316 D - 318 A.

Unde iam probatum est superius quod in primo statu omnia membra corporis erant obediencia uoluntati et rationi sine aliqua rebellionem, omnia mouebant ad imperium rationis. Sed modo uidemus per experienciam quod unum membrum tam in uiro quam in muliere est totaliter rebelle et inobediens imperio et dominio liberi arbitrii, scilicet membrum per quod fit generacio, quoniam nullo modo obedit rationi, ymo semper contra racionem mouetur et contra uoluntatem. Cetera autem membra obediunt uoluntati. Quid ergo significat hoc quod alia obediunt nisi quod sicut omnes generantur et eximus per membrum inobediencie, ita enim omnes sumus filii inobediencie. Unde postquam mouetur in homine aliquod membrum contra imperium rationis, signum est quod homo fecit aliquid contra imperium sui creatoris. Et quia solum membrum generacionis mouet contra imperium rationis et nullum aliud, signum est quod omnes sumus filii parentum inobediencium; ita quod omnia mala euenerunt nobis propter inobedienciam, quia in porta generacionis est uera inobediencia et rebellio; ergo prima culpa fuit inobediencia. Sed inobediencia non potuit esse sine aliquo mandato, ergo aliquando fuit mandatum a Deo, cui fuerunt inobedientes (346).

#### h) Clerics et laïcs

Dans sa théologie des sacrements, Sibiuda a emprunté un texte d'Hugues pour appuyer son opinion, d'ailleurs typique au Moyen Age, selon laquelle la hiérarchie ecclésiastique a une suprématie sur le monde des laïcs. Quoique ce travail se borne aux sources de la pensée philosophique de maître Ramon, nous rappelons cet emprunt pour illustrer, encore une fois, l'attachement de notre auteur aux ouvrages d'Hugues. Celui-ci pose la question, dans le De Sacramentis, en ces termes:

---

(346) Ms. Arsenal 747, fol. 154 v°, ligne 34-fol. 155 r°, ligne 16.

Duae quippe vitae sunt: una terrena, altera coelestia; altera corporea, altera spiritualis. Una qua corpus vivit ex anima, altera qua anima vivit ex Deo. Utraque habet suum bonum, quo nutritur et vegetatur, ut possit subsistere. Vita terrena bonis terrenis alitur; vita spiritualis bonis spiritualibus nutritur. Ad vitam terrenam pertinent omnia quae terrena sunt. Ad vitam spiritualem quae spiritualia sunt bona omnia. Ut autem in utraque vita iusticia servetur et utilitas proveniat, primum utrinque distributi sunt, qui utriusque bona secundum necessitatem vel rationem studio ac labore acquirant.

Deinde alii qui ea potestate officiali commissi secundum aequitatem dispensent, ut nemo fratrem suum in negotio supergrediatur, sed iustitia inviolata conservetur. Propterea in utroque populo secundum utramque vitam distributo, potestates sunt constitutae. In laicis quippe ad quorum studium et providentiam ea quae terrenae vitae necessaria sunt pertinent, potestas est terrena. In clericis autem ad quorum officium spectant ea quae spiritualis vitae sunt bona, potestas est divina. Illa igitur potestas secularis dicitur, ista spiritualis nominatur. In utraque potestate diversi sunt gradus et ordines potestatum; sub uno tamen utrimque capite distributi, et quasi ab uno principio deducti et ad unum relati. Terrena potestas caput habet regem. Spiritualis potestas habet summum pontificem. Ad potestatem regis pertinent ea quae terrena sunt et ad terrenam vitam facta omnia. Ad potestatem summi pontificis pertinent quae spiritualia sunt et vitae spirituali attributa universa. Quanto autem vita spiritualis dignior est quam terrena et spiritualis quam corpus, tanto spiritualis potestas terrenam sive saecularem potestatem honore ac dignitate praecedat (347).

Sibiuda, abrégéant:

Due igitur sunt uite: una terrena, altera celestis, una corporea, alia spiritualis, una qua corpus uiuit ex anima. Et alia qua anima uiuit ex Deo, et utraque habet suum bonum quo nutritur et uegetatur ut possit subsistere et permanere. Uita enim terrena seu corporalis nutritur bonis terrenis, et uita spiritualis nutritur bonis spiritualibus. Ad uitam terrenam pertinent omnia que sunt terrena et ad uitam spiritualem pertinent omnia bona spiritualia. Et ideo sicut fuit necessaria potestas spiritualis ad administrandum bona spiritualia, scilicet, in sa sacramenta in quibus consistit uita spiritualis, ita est necessaria potestas terrena et secularis ad administrandum bona terrena. Et sicut fuit necessaria iuridicio seu potestas iuridicionis spiritualis, ita est necessaria potestas iuridicionis temporalis seu terrena. Et sicut spiritualis potestas habet multos gradus et multos ordines potestatum et cum omnes sunt sub uno capite, ita potestas terrena habet suos gradus et omnes habent unum caput, scilicet potestatem regiam et imperialem. Quantum autem uita spiritualis est dignior quam terrena et quanto anima est dignior quam corpus, tantum potestas spiritualis precedit et excellit terrenam seu secularem potestatem in honore et in dignitate (348).

i) Mariage chrétien

La présentation du mariage chrétien comme signe de l'union entre l'homme et Dieu, de l'union hypostatique et de l'union entre le corps et l'âme, Sibiuda a pu aussi la reprendre d'Hugues, dans le De Sacramentis:

---

(318) Ms. Arsenal 747, fol. 248 r°, ligne 28—fol. 248 v°, ligne 10.

Coniugii sacramentum fuit cuiusdam societatis spiritualis quae per dilectionem erat inter Deum et animam, in qua societate anima sponsa erat et sponsus Deus. Officium coniugii sacramentum fuit cuiusdam societatis quae futura erat per carnem assumptam inter Christum et Ecclesiam, in qua societate Christus sponsus futurus erat et sponsa Ecclesia (349).

Sibiuda, en commentant:

Sicut ergo in prima coniunctione et societate que est anime seu spiritus cum carne ipsa caro uiuificatur, exaltatur, nobilitatur et dignificatur per societatem cum anima rationali, ita quod ex se ipsa non habet uitam ymo est nichil et sicut eciam in ista societate ipsa mulier uiuificatur, fortificatur, exaltatur et nobilitatur per societatem cum uiro, ita eciam significatur quod t tam uir quam mulier et tota societas seu congregatio hominum uiuificatur, exaltatur, nobilitatur per societatem et coniunctionem cum Deo. Et sicut tota caro est coniuncta cum anima et tota mulier cum uiro, ita tam uir quam mulier, que faciunt unam societatem et unam congregacionem debent coniungi Deo per amorem, et per consequens tota congregacio uiuorum et mulierum. Sicut autem in humana natura fuerunt due societates seu coniunctiones, prima anime cum carne que faciunt unam personam, et secunda mulieris cum uiro, que faciunt unum per amorem et societatem inseparabilem, significabatur quod due erant societates et coniunctiones possibles humane nature cum Deo, una ad modum anime cum carne per unionem personalem, ita quod Deus et homo concurrerent in una persona, et alia per amorem erat in uoluntate. Nec aliter potest humana natura coniungi cum Deo nisi istis duobus modis. Et quoniam filius Dei est unitus personaliter cum humana natura. Et ideo completa est societas que se habet ad modum anime cum carne. Et quia Christus Deus et homo in una persona ulterius coniunxit et uniuert sibi christianitatem que est una societas et una congregacio omnium christianorum que uocatur ecclesia... ideo tota Ecclesia habet modum

---

(349) De Sacramentis, lib. I, VIII, cap. XIII; PL 176, 314 B.

mulieris seu uxoris, et Christus habet modum uiri, quia tota Ecclesia est quasi una persona et Christus est alia persona, et est ibi matrimonium sicut inter primum uirum et primam mulierem (350).

Pour conclure ces remarques, nous dirons que l'usage que Sibiuda a fait dans le Liber Creaturarum de l'oeuvre d'Hugues de Saint-Victor nous révèle d'une part que cette oeuvre lui était bien familière, du moins autant que celle d'Anselme. Nous verrons tout à l'heure qu'il a su tirer également parti de l'oeuvre de Richard de Saint-Victor. Par là se confirme l'attachement de Sibiuda au courant de pensée augustinien du Moyen Age. D'autre part, sa méthode de travail nous révèle encore qu'il savait utiliser les grands maîtres augustinien du XII siècle en vue de ses propres objectifs, c'est-à-dire, en vue de présenter une synthèse de la doctrine catholique axée sur l'homme. Sibiuda n'est pas le moine contemplateur que fut Hugues, mais le vindicteur d'une certaine idée de l'homme en tant qu'homme face aux sceptiques de son temps, aux non croyants, aux musulmans. Il n'est pas, comme Hugues, l'auteur mystique toujours penché sur l'écriture et l'enseignement des Pères, mais un esprit positif, bien plus simple, qui cherche des raisons convaincantes. Si son oeuvre ne tourne pas, cependant, vers un rationalisme qui serait excessif chez un chrétien orthodoxe qui soumet son spéculation à l'autorité de l'Eglise, la cause en est qu'il sait équilibrer l'audace de son projet par le recours aux auteurs traditionnels. Cet équilibre est une des caractéristiques la plus marquée du professeur toulousain, et l'influence que son oeuvre a eu dans l'Europe de la renaissance confirme, une fois de plus, quelles profondes racines a dans le Moyen Age une partie de l'humanisme occidental.

---

(350) Ms. Arsenal 747, fol. 250 v°, ligne 24-fol. 251 r°, ligne 14.

## 5. - RICHARD DE SAINT-VICTOR

La relation entre Richard de Saint-Victor et Sibiuda passe surtout par les emprunts de celui-ci au De Trinitate de Richard. Sibiuda n'a pas beaucoup utilisé les autres oeuvres de Richard, quoique il soit possible d'établir des points de convergence entre le Liber Creaturarum et les deux Beniamin. C'est pourquoi nous allons étudier d'abord les apports du De Trinitate à l'oeuvre sebondienne et ensuite nous examinerons les points de vue communs aux deux auteurs qui se trouvent dans les autres ouvrages de Richard.

### a) Le "De Trinitate" et le "Liber Creaturarum"

Remarquons d'abord qu'il n'y a aucune similitude entre le plan du De Trinitate de Richard et les chapitres du Liber Creaturarum consacrés à l'étude de Dieu Un et Trine. Loin de suivre Richard, Sibiuda en profite, comme il l'avait fait ou allait le faire pour Anselme et pour Hugues. Ceci explique le désordre dans lequel se présentent les textes du De Trinitate dans le Liber Creaturarum. Nous en donnons un exemple. Dans le chapitre VI du livre I de son traité, Richard divise en trois catégories tous les êtres: l'être a semetipso et ab aeterno, l'être qui n'est ni a semetipso ni ab aeterno, et l'être qui est ab aeterno sans pourtant être a semetipso. Cette division, qui se trouve au commencement de toute la spéculation richardienne, est reprise par Sibiuda juste à la fin du titre 55, qui termine son traité sur la Trinité.

Richard:

... omne quod est vel esse potest, aut ab aeterno habet esse, aut esse cepit ex tempore; item omne quod est vel esse potest, aut habet esse a semetipso, aut habet esse ab alio quam a semetipso. Universaliter itaque omne esse triplici distinguitur ratione. Erit enim esse cuique existenti, aut ab eterno et a semetipso, aut e contrario nec ab eterno nec a semetipso, aut mediate inter hec duo ab eterno quidem nec tamen a semetipso (351).

Sibiuda:

... Et ex ipsis omnibus possumus concludere talem diuisionem in qua clauduntur omnia. Omne quod est vel est ab eterno et a se ipso, vel non est ab eterno nec a semetipso sed ab alio. In prima parte diuisionis est Pater, in secunda mundus, in tercia filius et spiritus sanctus. Et sic per istud processum inuenimus deum trinum et unum, unum in essencia et trinum in personis, a quo omnia, in quo omnia et per quem omnia, qui uiuit et regant in secula seculorum benedictus. Amen (352).

Un autre exemple de ce désordre nous le rencontrons dans le chapitre VIII du même livre premier du De Trinitate, dont le contenu a été incorporé par Sibiuda dans son titre 3, au seuil de son ouvrage. C'est que dans son chapitre VIII du livre I, Richard démontre qu'à partir de l'être qui n'est pas a semetipso et eo ipso ab eterno la raison humaine peut s'élever jusqu'à Dieu, l'être a se et éternel:

---

(351) RICHARD DE SAINT-VICTOR, De Trinitate, éd. RIBAILLIER, Paris, Vrin 1958, lib. I, cap. VI, pp. 91-92

(352) Ms. Arsenal 747, fol. 28 v°, lignes 5-12.



Sed ex illo esse quod non est ab eterno nec a semetipso, ratiocinando colligitur et illud esse quod est a semetipso, et eo ipso quidem etiam ab eterno. Nam si nichil a semetipso fuisset, non esset omnino unde ea existere potuissent que suum esse a semetipsis non habent nec habere valent. Convincitur itaque aliquid esse a semetipso et eo ipso, uti iam dictum est, etiam ab eterno; alioquin fuit quando nichil fuit et tunc quidem futurorum nichil futurum fuit, quia qui sibi vel aliis existendi initium daret vel dare potuisset, tunc omnino non fuit; quod quam falsum sit, ipsa evidentia ostendit, et ipsa existentium rerum experientia convincit. Sic sane ex eis que ratiocinando colligimus et ea esse que non videmus, ex transitoriis eterna, ex mundanis supermundana, ex humanis divina. Invisibilia enim Dei, a creatura mundi, per ea que facta sunt, intellecta conspiciuntur (353).

Le raisonnement de Sibiuda dans le titre 3 est identique à celui de Richard, et, à la fin, la terminologie du Liber Creaturarum se rapproche de celle du De Trinitate:

... ergo sicut alie res non sunt sui ipsius sed illius qui fecit eas; ergo similiter tu homo non es tui ipsius sed illius cuius sunt alie res; ergo tu homo es illius cuius est terra, cuius est aqua et cuius sunt elementa in quibus habitas. Alcius concludit et argue, tu homo non dedisti tibi hoc quod habes nec res te inferiores dederunt tibi hoc quod habes, nec talem te fecerunt; ergo aliquis alius maior quam tu et qui est supra te dedit tibi hoc quod habes quia ab alio habes postquam a te ipso non habes (354).

---

(353) RICHARD DE SAINT-VICTOR, o. c., p. 93.

(354) Ms. Arsenal 747, fol. 5 v°, lignes 20-9.

Nous donnons encore un troisième exemple de cette façon d'utiliser le De Trinitate par Sibiuda. Dans le titre 281, qui sert d'introduction à la théologie sacramentaire du Liber Creaturarum ; nous trouvons un écho du chapitre X du livre I du De Trinitate:

... et ideo sicut per scalam nature que consistit in rebus uisibilibus homo ascendit ad cognoscendum res spirituales et inuisibiles, ita similiter Deus ordinauit homini lapsu quamdam scalam in restauratione sua ut per corporales et uisibiles homo cognosceret res soirituales et inuisibiles, et non solum hoc, ymo suscitando tales res corporales et uisibiles uisibiliter reciperet ipsas res spirituales et inuisibiles inuisibiliter; et ideo ista scala ultima est scala cognoscendi et recipiendi ipsas res inuisibiles in homine, et non tantum cognoscendi (355).

Richard:

Quotiens igitur per uisibilium speculationem ad inuisibilium contemplationem assurgimus, quid aliud quam quamdam uelut scalam erigimus, per quam ad ea quae supra nos sunt, mente ascendamus? Inde est quod in hoc tractatu omnis ratiocinationis nostre processus initium sumit ex his que per experientiam novimus. Quod igitur in hoc onere de eternis dicitur, est ex intentione; quod uero de temporalibus, ex occasione (356).

Il faut remarquer ensuite que Sibiuda a accumulé beaucoup d'idées richardiennes dans ses titres 40 à 55, parfois en empruntant des formules, parfois en abrégant, parfois en copiant littéralement. Les titres 40 à 44 ne sont qu'une refonte des chapitres 12-13, 14, 18, 21, 22 et 25 du livre I du De Trinitate. Ces chapitres exposent la toute-puis-

---

(355) Ib., fol. 201, v°, lignes 7-15.

(356) RICHARD, o. c., p. 95.

sance divine et surtout son rapport avec la divine sagesse. Or, il nous semble que Sibiuda en a repris le contenu directement, car chez lui, la catégorie de la puissance n'a pas de place dans sa hiérarchisation de l'univers, composé des quatre degrés: être, vivre, sentir et pensée ou libre arbitre. C'est, en effet, par une sorte de rectification qu'il introduit son court traité de posse:

Quamuis autem ipsum posse non fuit positum in scala quattuor graduum expresse, tamen includitur necessario in quolibet gradu scale et quilibet presupponit ipsum posse et includit; unde omne quod est potest esse, sed non omne quod potest esse est... (357).

Ce retour en arrière s'explique par l'importance que Sibiuda accordera à la triade toute-puissance - sagesse - amour dans son exposition de la Trinité. Cette rectification étant calquée sur des textes du De Trinitate de Richard, nous en pouvons conclure la place déterminante que prend dans le Liber Creaturarum l'influence du victorin.

Précisons davantage. Sibiuda ne suit pas aveuglement Richard; notre auteur ne fondera pas l'explication de la Trinité sur la charité; ce thème ne manque pas du tout dans le Liber Creaturarum, mais Sibiuda insiste plutôt sur la dialectique production artificielle (création) - production naturelle (vie intradivine). Cependant, si Sibiuda se rattache à Richard, c'est surtout, en plus de quelques emprunts plus ou moins importants, par l'ambition de parler de la Trinité d'un point de vue rationnel. Au début du De Trinitate, Richard dit que son intention est:

---

(357) Ms. Arsenal 747, fol. 19 v°, lignes 1-4.

... ad ea que credimus, in quantum Dominus dederit, non modo probabiles verum etiam necessarias rationes adducere, et fidei nostre documenta veritatis enodatione et explanatione condire (358).

C'est, à quelque différence près, le point de vue de Sibiuda:

Hic ponuntur rationes que probant productionem in Deo de sua propria natura (359).

C'est dans cet esprit que Sibiuda puise dans Richard pour fonder la pluralité de personnes en Dieu, d'autant plus que dans le De Trinitate Richard n'emploie pas la distinction qu'on trouve dans le Beniamin Maior entre les vérités supra rationem et preter rationem (360). Ce point de vue, qui relève d'une optique strictement théologique, n'a pas attiré l'attention de Sibiuda; il s'en tient au De Trinitate.

Les arguments que maître Ramon emprunte à Richard se rattachent surtout au livre III du De Trinitate. Le titre 49 du Liber Creaturarum s'inspire manifestement du chapitre III du troisième livre richardien, et dans le titre 50 nous retrouvons les idées et la terminologie du chapitre IV.

Richard:

---

(358) RICHARD, o. c., lib. I, cap. IV, p. 89.

(359) Ms. Arsenal 747, fol. 21 r°, lignes 24-25.

(360) Cfr PL 196, cols. 70, 75, 135-137, 158. PIBAILLIER, dans l'introduction à son édition critique, remarque le fait: "Il sem-

Conscientiam suam unusquisque interroget, et procul dubio et absque contradictione inveniet quia sicut nichil caritate melius, sic nichil caritate jocundius. Hoc nos docet ipsa natura, idem ipsum multiplex experientia. Sicut igitur in plenitudine vere bonitatis non potest deesse quo nichil est melius, sic in plenitudine summe felicitatis deesse non potest quo nichil est jocundius. Necesse est itaque in summa felicitate caritatem non deesse. Ut autem caritas in summo bono sit, impossibile est deesse et qui et cui exhibere vel exhiberi possit. Proprium autem amoris est, et sine quo omnino non possit esse, ab eo quem multum diligis multum diligere velle. Non potest ergo esse amor jocundus si non sit et mutuus. In illa igitur vera et summa felicitate sicut nec amor jocundus, sic nec amor mutuus potest deesse. In amore autem mutuo oportet omnino ut sit et qui amorem impendat et qui amorem rependat. Alter itaque erit amorem impendens, et alter amorem rependens. Ubi autem unus et alter esse convincitur, vera pluralitas deprehenditur. In illa itaque vere felicitatis plenitudine pluralitas personarum non potest deesse. Constat autem quia nichil est summa felicitas quam ipsa divinitas. Gratuiti ergo amoris exhibitio et debiti amoris recompensatio indubitanter convincit quod in vera divinitate personarum pluralitas deesse non possit (361).

Sibiuda reproduit la même idée, tout en conservant le mouvement propre de son argumentation par la dialectique de la productio:

Quia autem nichil melius, nichil dulcius, nichil amabilius summa jocunditate, ergo necesse est in Deo summam jocunditatem qua non possit intelligi

---

ble bien qu'ici les unes et les autres (les vérités supra et preter rationem) sont démontrables à partir de la foi par des arguments nécessaires pour tout esprit sain"; cfr o. c., p. 16.

(361) De Trin., lib. III, cap. III, p. 138.

